

debet, hæc est; nam illius persona eligatur ob probitatem, & idoneitatem; quæ ipsi eligentibus nota est; quare ejusdem conscientia se committunt, atque ita jurare non tenentur, cujus fides approbata est. At cum peritus constituitur, ut pro peritia quod senserit, referat, non est persona, aut fides approbata, sed tantum scientia rei, de qua agitur. Unde nulla sobest causa, propter quam juramentum remittatur, cum possit peritissimus non tamen æque probus à partibus haberi.

Ad Num. 4.

28 De hoc fusc differunt Farinac. d. quest. 74. à num. 95. Par. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 13. num. 13. cum seq. Hermosill. in l. 6. glof. 6. ex num. 39. tit. 5. part. 5. Cevall. tom. 1. q. 1. à nu. 25. Pacian. d. cap. 47. nu. 21. cum aliis, & crebrior, ac verior sententia docet, peritos sive à Judice, sive à litigantibus electos jurejurando esse attingendos, quod generaliter tradunt Guttier. in d. l. nemo potest. nu. 124. Cyriac. controvers. forens. tom. 3. controvers. r. l. 459. num. 23. Bobadill. in Politic. tom. 2. lib. 5. cap. 8. in fine, Menoch. d. q. 58. num. 4. Pinell. in l. 1. part. 3. cap. 4. n. 3. C. de rescind. vendit. Suar. in Theaur. recep. sent. lit. P. num. 93. Garcia de expens. cap. 34. n. 18. Matienç. in l. 1. glof. 2. n. 21. cum seq. tit. 11. lib. 5. Recopilat. & alij innumeri, & qui contra tenent, referuntur à Farinac. n. 95. à quibus ipse recedit.

Ibi: Hoc autem juramento.

29 Periti si res, quæ eorum affectioni committitur, sensu corporeo percipi, ac discerni queat, ut agrorum dimensio, rationum computatio, de veritate dicenda juramentum debent exhibere, alioquin duntaxat de credulitate jurabunt, ut cum Medicorum Judicio committitur, an vulnus sit lethale, necne; ita docent Farinac. cum aliis, nu. 99. 100. Guttier. ubi proximè, Pacian. plures referens sup. num. 17. 18. Menoch. de adipiscend. remed. 5. n. 164. Sanch. sup. num. 15. Grac. ubi proximè, Mascard. con. 174. n. 4. 49. Ratio est, quia in iis, quæ sensu corporeo non percipiuntur, certitudo haberi non potest, nec cum ea poterunt attestari periti, ut aiunt Sanch. & Guttier.

30 Illud in praxi frequenter observatur, ut periti apud Judicem sub jurejurando promittant, se legaliter, ac bona fide quod senserint, relatores; quo casu nullum aliud juramentum tempore depositionis desideratur; nam præcedens sufficit, ut observat Hermosill. in d. l. 56. glof. 6. num. 42. Bald. in leg. hac edita, §. His illud; num. 3. C. de secund. nupt. Mascard. n. 50. Pacian. & Menoch. sup.

Ibi: Poterit tamen probari contrarium.

31 Contra depositionem peritorum probatio admittitur: Pacian. num. 87. cum seqq. qui hoc ampliatur; et si sententia ex tali depositione feratur, quoniam illa in rem judicatum non transit; imò bis potest fieri electio peritorum ad sententiam retractandam, & non amplius, ne detur in infinitum processus; sed Herm. omnino videndus à nu. 57. asserit n. 60. semel tantum permissam esse, ut periti eligantur, ut rem, de qua alij deposuerunt, iterum examinent, & pro præcipua conclusione plures refert n. 59.

Ibi: Nam quoties ex lege.

32 Quamvis ex lege, vel statuto sit alicujus juramento credendum, bene probatio admittitur, in contrarium, Pacian. de probat. lib. 2. cap. 46. num. 111. August. Barbos. in collectan. ad cap. 2. n. 9. de temporib. Ordin. in 6. Cevall. q. 7. n. 8. 9. Guttier. de gabell. q. 163. num. 7. Menoch. de recuperand. remed. 15. n. 356. Jul. Clar. dist. §. fin. q. 82. n. 3. Hermosill. cum aliis in l. 8. glof. 8. n. 7. tit. 3. p. 5. Mascard. con. 95. n. 1. Farin. in fragment. lit. L. n. 1130. Joseph. Ludovic. decis. 538. n. 60. Marellot. variar. lib. 2. c. 1. n. 149. 150. Quod procedit, quamquam per verba amplissima jubeatur, ut plena fides juranti adhibeatur; Farinac. Cevall. Hermosill. nisi lex expressim probationem in contrarium prohibuerit, Seraph. sup. priv. l. 32. n. 92. ubi Benechend. n. 49. Herm. n. 9. Mascard. n. 15. Tiraq. de retract. lignag. §. 4. glof. 1. n. 3.

Ad Num. 5.

Cum persona testis, vel periti approbatur ab eis, quorum interest, potest testificari absque presentia, aut citatione eorundem, Menoch. conf. 217. in fin. Sanch. sup. nu. 14. Hermosill. d. glof. 6. n. 45. Garcia sup. Pacian. num. 124. ubi alij. Adhuc contraria Panormitani opinio rationibus perpensis, quibus nititur contemnenda non est, quam sustinet Farinac. quest. 72. num. 50. qui num. 49. plures contra se pro Bartolo allegat. Sed Bartoli sententia est omnino amplectenda, si peritus, vel testis suum dictum dubium declaratus accedat, quo casu nequaquam citatio, aut presentia Partium erit opus. Hipolyt. in l. de unoquoque num. 71. ff. de re judicat. Borrel. in summ. decis. tit. de citation. nu. 445. Rota decis. 592. n. 1. 4. part. 1. Anton. Gabr. sup. lib. 2. tit. de citation. concl. 1. n. 170. 351. Mascard. concl. 682. n. 31. Boss. in prax. tit. de opposit. contra test. num. 352. Quo casu nec requiritur novum juramentum, Farinac. cum aliis quest. 74. num. 50. Idem etiam quoad citationem contra communem tenet d. q. 72. num. 67.

Verf. Sexta conclusio.

Si Judex peritum eligat, ut juxta artis regulas quicquam declaret, prius sunt citandi ij, ad quos res spectat, ut si voluerint nominationi adsint; sufficit tamen, quod postea citentur eo tempore, quo possint adversus electum objectiones proponere, Pacian. num. 20. Hermosill. sup. num. 43. 44. Sanch. ubi proximè.

Verf. Septima conclusio.

Citatio etiam desideratur, ut partes assistant tempore, quo periti præstant juramentum; Alexand. in l. 1. §. Sed excipiuntur, num. 7. col. 2. ff. de feris, Hermosill. num. 44. Pacian. num. 121. Sanch. ibidem.

Verf. Octava conclusio.

Non est opus citatio, aut presentia partium, cum peritus, quod sentit, deponit; imò nec volentes adesse permittuntur, Hermosill. n. 43. Pacian. Sanch. sup.

Verf. Nona conclusio.

Partes citandæ sunt die præfinito; ut interveniant, cum agrimensores, aliive periti inspecturi sunt rem, super qua judicium suum interponere debent: Pacian. numer. 122. Alexand. de Nevo in cap. quia judicante, numer. 8. verf. Sed tandem dic, de præscript. Aug. Barbos. in collect. ad l. 3. numer. 4. C. finium regundor. Hermosill. numer. 44. Cardos. in prax. Judic. verb. divisio, n. 7.

Ad Num. 6.

Valere testimonium, quod in scriptis traditur per testem; Tabellioni vel Judici, placuit paucis quibusdam, quos refert, Farinac. q. 80. n. 28. quod verum non est.

Ibi: Sed Baldus in l. jurisjurandi.

Quod possit testes per scripturam testificari, modò dictum suum ipse apud Judicem, aut Notarium prælegat, cum Baldo tenent Gregor. Lop. in l. 31. glof. 1. tit. part. 3. Celf. in addit. ad Lanfranc. de testib. num. 8. Practic. Corrad. tit. in testib. in rubric. de præmeditat. sermon n. 44. Vivi. sup. opinion. 949. num. 5.

Sed contra Baldum sentiunt Farinac. num. 38. 41. Pedemontan. decis. 128. num. 7. ad finem; juncto num. 9. Arnald. Albert. de agnoscend. assertionib. Cathol. & heretic. q. 54. n. 54. Sed prior sententia potest defendi, cum factum est involuntum; ut dicitur n. 41.

Et quod in scriptis testimonium ferri non possit, absolute docuerunt Farinac. n. 28. in fine, Guazz. sup. defen. 15. cap. 7. à princip. Pacian. dist. cap. 47. num. 80. Baiard. ad Clar. dist. quest. 26. num. 2. Mascard. in proem. quest. 5. à num. 11. & conclus. 149.

conclus. 194. num. 26. Magon. Lucens. decis. 39. num. 22. Bernard. Gravæ ad prax. Camer. Imperial. lib. 1. conclus. 100. considerat. 3. numer. 7. Rebuff. de reprob. testium, à numer. 541. Boër. decis. 1. num. 38. Fr. Emmanuel. questio. Regul. tom. 2. quest. 13. articul. 4. Similiter nec per nuntium deponere quis permittitur, Guaz. num. 1. quæ pariter procedunt, quando testes à loco, ubi deponendum est, absunt; Guazzin. num. 2. Farinac. num. 30. Ad quæ videas d. l. 31. tit. 16. p. 3.

41 Præfata regula, ut testis per scripturam deponens non probet, suas limitationes admittit, quas quasi currenti ealamo recensimus; quoniam nonnullas D. Covarr. in sinuat. Prima est, quando testis loqui non valet, D. Covarr. hic, Gregor. Lop. ubi proximè, Farinac. num. 39. qui & alios refert in singulis limitationibus. Secunda, si res, de qua agitur, valeat sit implicita, & involuta Farinac. num. 43. Guazz. n. 6. nam poterit dictum suum prius per se lectum Judici, aut Notario tradere, quod D. Covarr. admittit. Tertia, si adversarius non objiciat, Guazz. num. 7. Farinac. num. 40. Quarta, quando viget testificandi eo modo consuetudo, Guazzin. num. 8. Farinac. num. 48. Quinta, cum Judici videatur, ut sic deponatur, expedire, Farinac. num. 49. Guazz. num. 10. quod & D. Covarr. sentit. Sexta, si de probanda arte tractetur, quod tamen referendum est, vel ad certificationem Parochi deductam ex libro, quo baptizati scribuntur; vel ad codicem, in quo à patre dies assignatur, quo sibi filij nascuntur, Guazz. num. 11. Farinac. num. 46. Sed hæc proprie limitatio non est, quia neque parochi, neque parenti, ut testibus fides adhibetur. Septima, si in arte periti judicium suum referant, Guazz. num. 12. Pacian. sup. n. 81. Farinac. num. 42. Ultima, in causa Arbitro commissa, cum facultate procedendi de jure, & de facto, juris solemnitatibus omittis, apud quem in scriptis testificari quisque poterit, Farinac. num. 52. Dec. cons. 51. num. 101. ad finem, verf. Quinto, ut tollatur, & num. 107. lib. 2.

Ibi: Nec Bartolo suffragatur.

42 Ad textum in leg. Theopompus, videas Padilla in l. si quis major num. 20. C. de transact. Menoch. de arbitrar. lib. 1. questio. 8. num. 3. August. Barbos. in collect. ad cap. testes 15. n. 2. 3. quest. 9. qui omnes asserunt, eo textu legendum esse, Rogatus scripsit, non, Juratus. Sed etsi concedatur, juramentum intervenisse, non inde sequitur, testimonium in scriptis per testem ferri posse, quoniam Pollianus merus testis non fuit, sed proparator voluntatis defuncti ab eodem electus; quare quod sentiebat ex voluntate testatoris, potuit in scriptis deponere; neque interest quod juraverit, nam & periti jurant, ut supra diximus, & tamen per scripturam deponunt, ut nuper dicebamus; quia testes proprie non sunt, ut latissime probat Pacian. dist. cap. 47. ferè per tot. pluribus differentiis adductis.

Ibi: Nam ex vocis pronuntiatione.

43 Plurimum interest ad veritatem indagandam, quod testes absque scriptura deponant, ut ex prolacione ipsa verborum, trepidatione, mutatione coloris, absque aff. etibus, prudens examinador agnoscat, an verum, aut fallum feratur testimonium; de quo Pontifex in cap. cum Ecclesia Suvrina 3. §. Nos igitur, in princip. de caus. posses. & propriet. Consult. in l. de minore 17. §. Tomema, verf. Plurimum, ff. de quest. Cicero in Topic. Pallor vultus, inquit, rubor & turbatio facium, ut minus fidei alicui adhibeatur. Senec. in Thiest. multa sed trepidans solet Detegere vultus, & in Oedip. Effare; dubitas? cur genas mutat color? Quid verba quaris? Nam ut vulgò ex Ovidio lib. 2. metamorphos. fertur, difficile est crimen non prode re vultu: cum per exteriores actus, quæ in peccatore latent, pateant prudentibus; Proverbior. 27. verf. 19. Quomodo in aquis resplendet vultus propicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus, & ex trepidatione fallum testimonium præsumi tradit Menoch. sup. q. 14. n. 35. quia trepidatio, aut titubatio non est memoria vitium, sed conscientia indicium, ut ex Quint. Cur. lib. 7. in princip. & Cicet. in epist. famil. ait Menoch. q. 89. n. 7. de reo agens.

44 Notant Guazzin. sup. n. 1. Bobadill. in l. olitic. tom. 2. lib. 5.

6. 2. n. 42. Caravit. rit. §. n. 5. Jul. Clar. ubi proximè, n. 1. Nell. de testib. num. 90. Greg. Lop. in l. 26. glof. 5. tit. 16. p. 3. Dec. respons. 51. n. 4. 5. vol. 2. Farinac. d. q. 80. n. 27. in fine, & n. 44. & alij, quorum nuper meminimus, n. 40. Quæ trepidatio aliive affectus, per quos testium fides tollitur, aut minuitur, sunt in actis referendi, tum ut de justitia sententia constet, quæ iniqua videretur, latente causa, ob quam testibus plene probantibus secundum verba non crederit Judex, Bart. in l. Lucius, in fine, ff. de iis, q. notant. infam. Greg. Lop. sup. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 9. num. 5. Abbas in cap. quoniam contra, n. 34. de probat. Oros. in l. illicitas, §. veritas, num. 20. ff. de offi. Præsid. Tum, ne si alius ab examinante causam sit decedens, fallatur dicta testium sequatur, cum circumstantias depositionum ignoret, Bobad. ubi proximè, & quod de justificatione sententia dictum est, Judici inferiori est valde necessarium, ac utile, juxta notata per Bobadill. sup. cap. 3. n. 38.

Verf. Hinc obiter perpendi poterit.

45 Est supponendum cum omnibus sub hoc versiculo referendis, quod etsi olim fuerit controversum, an inter absentes Sacramentum penitentia postest ministrari, iuxta existente causa; hodie dubium hoc penitus est sublatum per Bullam Clement VIII. editam anno 1602. qua affirmativam sententiam ut fallam, temerariam, & scandalosam damnavit, prohibens legi, imprimi, & scandalosam damnavit, prohibens legi, imprimi, & defendi, ad praxim reduci sub pena excommunicationis ipso facto incurrendæ, absolutione Sedi Apostolica reservata; ejus series extat apud Joan. Valer. de differ. int. utrumq. ser. verb. Penitentia, differ. 9. in fine, & apud Barbos. in collectan. ad cap. quem penitet; de penit. dist. 1. nu. 5. Quæ opinio, & prius fuit approbata, l. 30. tit. 4. p. 1. etque intelligenda ita, ut Sacramentum inter absentes confici non possit, ut declarat P. Suar. tom. 4. in 3. part. disp. 19. sect. 3. Ex quo advertendum est, quod omnia dicenda de confitente per scripturam intelligantur, penitente ac confessio presentibus.

46 Non licet per scripturam peccata confiteri tradendo schedulam, in qua scripta sunt Sacerdoti legenda, quamvis de illis penitens se accusare profiteatur; nam etsi de essentia Confessionis Sacramentalis non sit, viva voce singula delicta explicentur, est tamen hic modus valde conveniens, ac usu Ecclesie approbatus, atque ita illum non servare nefas est. Sed non conveniunt Theologi in assignando quale peccatum sit, quod confitendo sic per scripturam committitur; nam lethale esse vult Fagund. in præcept. Eccles. præcept. 2. lib. 3. c. 1. n. 8. cui assentit Dian. resolut. moral. part. 2. tract. 4. resolut. 127. At solum veniale esse placuit Villalob. in summ. tom. 1. tract. 9. difficult. 3. num. 1. Bonac. tom. 1. tract. de Sacrament. dist. 5. de penitent. quest. 5. sect. 2. punct. 2. §. 2. n. 25.

Licet per scripturam modo præmissa confiteri, ubi adest rationabilis causa, & inter alias connumerantur nimia erubescencia penitentis, Cardin. Lug. de penitent. disp. 15. sect. 5. num. 80. Pat. Suar. sup. disp. 11. sect. 3. num. 7. Bonacin. Dian. Fagund. ubi proximè, Couinch. de Sacrament. disp. 6. dub. 1. conc. 3. Layman. in Theol. moral. lib. 5. tract. 6. num. 3. Mottel. in summ. tom. 1. tract. 7. cap. 11. num. 9. Barbos. sup. num. 3. Gregor. Lop. in d. l. 30. glof. 2. Villalob. sup. Nec opus est, quod penitens se de peccatis scriptis accuset, sed sat est, quod schedulam tradat Sacerdoti in ordine ad Confessionem, & quod signa contritionis emittat, ut docet Suar. quamvis Eminentiss. Lug. senserit, necessariò requiri, ut penitens post lecta per Sacerdotem peccata, asserat, de eisdem se accusare, nec posse hanc accusationem ante lectionem præmittere, quod latè probat.

Ibi: Etiam ab ipso penitente scripta legantur.

48 Ex nuper laudatis DD. colligitur, eorum rationibus perpensis, omnino licitum esse confiteri in scriptis, legentè ipso penitente coram Sacerdote peccata, quia viva voce fatetur, nec meritiò erubescencia abest, atque ita sic confiteri posse, affirmat Vazq. tom. 4. in 3. part. quest. 91.



quæst. 91. art. 4. quæst. 3. ad. 2. Nec refert, quod de teste dicitur, in quo diversa ratio est.

Ibi: Quibus & illud addendum est.

9 Dobium non est, quin mutus, vel aliis impeditus loqui possit per scripturam, vel signa propria confiteri peccata cum sibi placuerit; nam ut nuper dicebamus, ubi subest causa, licitum est, Confessionem in scriptis fieri quod in specie adnotant Cardin. Lug. num. 77. Vazq. d. n. 7. in fin.

50 Dobium autem in eo versatur, utrum scilicet teneatur, ut præcepto Confessionis satisfaciat mutus, vel alius, qui viva voce scelera explicare non valet, eadem scribere, ut Sacerdoti immotescant? & quoniam duplex est præceptum Confessionis, unum de jure Divino, & alterum de Ecclesiastico; oportet de uno quoque sigillatim disserere. Igitur circa præceptum Ecclesiasticum duplex est communis opinio: una negat, impeditum loqui obligatum esse ad confitendum in scriptis, quam defendunt Sor. in 4. distinc. 18. quæst. 2. art. 6. Valent. tom. 4. disp. 7. quæst. 11. punct. 1. Joan. de la Cruz. in direct. conscient. part. 2. de Sacram. Pœnitent. quæst. 3. dub. 7. conc. 1. Dian. sup. resol. 128. vers. At bis, Filliuc. tom. 1. tract. 7. num. 63; Henric. in summ. lib. 4. cap. 4. num. 4. in glos. lit. A. Villalob. sup. diffi. 32. num. 3. Ratio est, quia præceptum non obligat iuste impeditum, qui non tenetur medium extraordinarium ad illud implendum adhibere, maxime cum possit esse periculum, ut peccata revelentur.

17 Contrarium verò verius videtur. D. Thom. in 3. distinct. 17. quæst. 3. art. 4. Vazq. sup. dub. 5. num. 2. Suar. disp. 3. 6. sect. 6. num. 7. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 4. dub. ult. n. 6. Becan. de Sacrament. cap. 37. quæst. 7. num. 2. Cardin. Lug. num. 88. Bonacin. ubi supra. punct. 5. n. 6. vers. Secunda sententia, & vers. Sed mihi, ubi limitat, nisi incommodum sentiat pœnitens, ut si imminet periculum, ut peccata revelentur; quod etiam sequutus est Trullench. sup. & cum ista limitatione hæc opinio, & securior, & probabilior censetur; quia ut præfati DD. notant, variisque comprobant exemplis, homo astringitur media, quæ non sunt valde onerosa adhibere ad implementum præceptorum, scribere autem peccata ad Confessionem, neque difficile, neque onerosum est. Nec obstat, quod imminet periculum, ut peccata revelentur; nam regulariter illud remotissimum est, alioquin si aliquo casu speciali proximum timeretur, obligatio cessaret; ut nuper cum Trullench. dicebamus.

52 Quoad Divinum præceptum confitendi, quod obligat in mortis articulo, secunda sententia admittitur, dicendum est à fortiori teneri non valentem loqui in eo periculo confitentur in scriptis peccata confiteri. At qui primam sequuntur, ita distinguunt: Aut quis probabilem existimationem habet, quod sit contritus, aut dubitat; primo casu, omittit Confessionem poterit; secundo, non utique; nam sibi debet subvenire quomodocumque, ne se exponat æternæ damnationi, atque ita non ex vi præcepti, sed lege charitatis astringitur: Ita post alios Dian. resol. 129. qui etiam de Confessione per interpretem loquatur; idem sentit de ea, quæ in scriptis fit, cum in calce proximè præcedentis resolutionis de hoc agens, se ad sequentem remittat. Videantur allegati, n. 50.

Ibi: Tenetur tamen mutus confiteri per signa.

53 Mutus, aut quisvis alius, qui aliter non potest præceptum Divinum, vel Ecclesiasticum Confessionis implere, obligatur per signa, aut mutus propria peccata Sacerdoti explicare, Pat. Suar. dif. 21. sect. 3. numer. 2. Valua in cap. omnis utriusque sexus, num. 37. de pœnitent. Joan. Sanch. select. disp. 3. 2. num. 8. Rodrig. in explicat. Bullæ, §. 2. dub. 5. Navar. in manual. c. 2. num. 36. Cætan. in summ. verb. Confessio, vers. Expediit autem, Dian. part. 5. tract. 6. resol. 3. qui alios refert, & in fine docet, mutum esse absolvendum, quando confessionis præceptum instat, quamvis Sacerdos non percipiat peccata in specie per signa. Idem pluribus laudatis probat Bonacin. sup. d. quæst. 5. sect. 2. §. 4. num. 6.

ubi etiam de eo, qui idiomate incognito confitetur; quamvis Medina hoc duntaxat admittat in mortis articulo, lib. 2. c. 7. ad fin. Eadem sunt observanda cum ex parte Sacerdotis est impedimentum, Joan. Sanch.

48 Per interpretem verò minime quis astringitur confiteri, ut præcepto Ecclesiastico satisfaciat; sed in articulo mortis obligatur, nisi moralem certitudinem habuerit de sua contritione, ut proximè de confitente per scripturam dicebamus; de quo Dian. d. part. 2. tract. 4. resol. 329. Bonacin. sup. punct. 5. num. 5. Suar. disp. 3. 6. sect. 6. a. n. 3. Pat. Vazq. sup. art. 4. dub. 3. Coninch. de Pœnitent. disp. 5. dub. 30. num. 77. Valent. d. quæst. 11. punct. 1. Circa quod est notandum, posse qui per interpretem confitetur, aliquibus peccatis in specie declaratis, de aliis, quæ sibi notabilem infamiam asferre possent, sese in genere accusare, quia non tenetur cum incommodo manifestandi hujusmodi crimina duobus ad Confessionis exactam integritatem. Ita Suar. Dian. Coninch. ubi proximè; Cardin. Lug. num. 63; Imo aliqui apud Dian. sentiunt, sat esse, quod accusetur tantum de venialibus in specie, & de lethalibus in genere Sed Card. Lug. opinatur, omnino teneri in articulo mortis ad confitendum per interpretem, quando aliter non potest, ne se periculo damnationis exponat; nam posset decipi, quamvis probabilem existimationem de sua contritione moriens habeat.

Ibi: Is verò qui loqui potest.

49 Hoc à nemine dubitatur, sed etsi quis ita obliviosus sit, ut probabiliter timeat, se non recordaturum tempore Confessionis omnium peccatorum, etiam exacto examine facto, non idè obligatur ad scribenda sua peccata, quia præceptum non est de omnibus confitendis, sed de illis, quæ in memoriam venerint, conscientia, ut oportet examinata, Cardin. Lug. disp. 15. sect. 3. n. 41. vers. Dices, qui postea, Suar. d. disp. 3. 6. sect. 5. num. 6. Henric. lib. 4. cap. 4. num. 8. Trullench. sup. dub. 9. Coninch. disp. 7. dub. 9. num. 71. Filliuc. tract. 7. cap. 4. quæst. 10. nu. 115. licet contrarium aliquibus placeat, quos refert Henric. & Suar. quibus accedit Bonacin. d. sect. 2. punct. 5. in fine, ubi docet, tempore Confessionis necessariò esse peccata scribenda ei, qui aliàs ob memoriæ defectum omnia refert Sacerdoti non posset.

Ad Numerum 7.

56 Cum quis aliud absque juramento extra judicium asserit, & aliud deinceps sibi contrarius judicialiter interrogatus deponit, judiciali depositioni pro Judicis arbitrio fides adhibetur, Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 108. num. 22. Boër. quæst. 108. num. 3. Menchac. usufrequent. c. 32. a. num. 4. Fachin. controversiar. lib. 9. cap. 85. vers. Aliis magis communiter, Roland. conf. 40. ex. n. 2. lib. 1. Viv. commun. tom. 1. lib. 4. tit. 10. num. 34. Farinac. in praxi, quæst. 66. a. num. 193. ubi plurimi, Jul. Clar. in praxi, §. fin. quæst. 53. num. 11. Gaill. observation. 1. observat. 104. num. 18. Broff. in prax. crim. tit. de opposit. contra test. num. 3. Ant. Gab. commun. lib. 7. conc. 31. ex num. 1. Aug. Barbof. in collectan. ad cap. literas 14. n. 6. de presumptionib. Cevall. commun. tom. 2. quæst. 803. num. 12. 21. Ratio est, tum propter jurisjurandi Religionem, ac Judicis auctoritatem; tum quia assertiones extrajudiciales plerumque in gratiam amicorum proferuntur, multique profuse, & absque consideratione extrajudicialiter loquantur ad favorem Partis; qui in judicium adducti, cautius, & maturius deliberant, atque veritatem dicunt; ut ex Felino in c. cum in tua; in fine, vers. Item qui assertiones, de testib. observat Pacian. de probat. lib. 11. cap. 9. num. 23. Vide infra, 57

Ibi: Nec punietur hic falsi pœnâ.

Adde Farinac. num. 85. Menoch. sup. cas. 312. num. 2. § 8 Aug.

Aug. Barbof. in collectan. ad c. sicut nobis, n. 4. de testib. Alban. in tract. statutor. part. 2. g. 147. Sed qua pœna teneatur testis sic varius? videas apud Farinac. n. 87. cum seqq. ubi diversas sententias refert, veriusque videtur, nulla pœna teneri, nisi ex suo mendacio aliquod detrimentum litiganti sequatur, ipsèque dolosè versatus sit: quo casu locum habet quod Farinac. docet num. 87. scilicet hunc testem stellionatus reum esse, & ad damna, & expensas Parti obligari, Cevall. sup. num. 13. ubi quod puniri testis non potest.

Ibi: Posset sanè Bartoli sententia.

59 Si testis extrajudicialiter juratus quicquam asserit, ac postea in judicio contrarium deponat, neutrum testi nomen vires habet, sicque licet nitarur communiter conclusio tradita sup. n. 56. Aretin. in cap. per tuas, n. 34. de testib. Corrad. in pract. tit. de testib. rubric. de contrariet. test. Menoch. dist. cas. 108. n. 23. Roland. sup. n. 10. Ferrar. cam. 13. Boë. Clar. ubi proximè, Farinac. n. 211. 214. ubi plures alij.

60 Sed iste propter hujusmodi contrarietatem pœnâ falsi puniri non poterit, solumque aliàs extra ordinem pro perjurio coëtebitur, ut resolvit Farinac. n. 92. Menoch. d. cas. 312. Tindar. de testib. lib. 2. part. 2. c. 4. n. 2. Quicquid sentierint alij apud Farinac. n. 90. quoniam non constat falsum, apud Judicem deposuisse, etsi pejeraverit.

Verf. Ex quo apud me satis dubia est.

61 Qui in judicio nullo testimonium tulit, ac postea coram legitimo Judice contrarium dicit, nullam fidem meretur, Menoch. d. cas. 108. n. 30. ubi rectè limitat, si prius ab que juramento declararet, & hoc verius videtur, quanquam quod secundo dicto standum sit, communiter teneant DD. ut videre est apud Farinac. n. 15. ubi aliquos laudat. Ratio tamen, cui D. Covar. nititur, plurimum urget, cui ægre poterit satisfieri. Quo quidem casu, à pœna falsi testis immunis erit ob prioris judicij nullitatem, Farinac. n. 71. cum seqq. maxime quando illam tempore depositionis agnovit, sed ob perjurium aliter punietur.

Verf. Est & aliud considerandum.

62 Adde Menoch. d. cas. 108. num. 24. Cyriac. tom. 1. controvers. 80. n. 20. Roland. sup. Farinac. n. 216. cum seqq. Cevall. n. 22. qui plurimos referunt, resolvers, primò dicto extrajudiciali ob verosimilitudinem credendum, quod probatur ex cap. literas 14. de presumptionibus.

63 Idem juris est, quando prius dictum, etiam non juratum, vallatum subscriptione, aut sigillo dicentis, ferid emanavit, quoniam tunc fides potius illi, quam secundo judiciali adhiberi debet; Menoch. n. 25. Cevall. n. 21. Farin. n. 223. cum seqq.

Ibi: Imò arbitrio judicis.

64 Quoties qui judicialiter deponit contra id, quod extra judicium dixerat, ejus fides ob variationem juxta judicantis æstimationem minuitur; Menoch. n. 27. Roland. n. 12. Cevall. n. 10. 11. Cyriac. sup. n. 19. Alciat. de presumpt. reg. 2. pras. 29. n. 4. vers. Debilitatur tamen, Gab. d. lib. 7. conc. 31. n. 8. Clar. ubi sup. Farin. n. 226. Ex quo notatur ex hujusmodi testimonio non licere Judici sententiam ferre, reum tormentis submittere, aut juramentum suppletorium deferre, Farinac. ibidem, Roland. numero, 11. cum alijs, Bertaz. conf. crimin. 3. num. 9. 11. volum. 1. Cyriac. num. 18.

Ibi: Quia prius testimonium judiciale.

65 Testimonio judiciali standum est, licet testis contrarium extrajudicialiter deinceps asserit; nam jus Parti quaesitum per legitimam depositionem, auferri nequit; maxime cum judicialis auctoritas, & juramenti vis priori dicto suffragentur, Farinac. cum plurimis, numer. 200.

Menoch. num. 19. Clar. quæst. 13. num. 12. Ant. Gab. sup. conc. 30. num. 1. Cevall. num. 14. Cyriac. tom. 2. controvers. 210. n. 17. And. Gail. d. observat. 104. num. 7. Simanc. de heretic. tit. 64. rubric. de testib. n. 57. § 8. Sed neque hoc casu pœnâ falsi testem esse plectendum, scribit Farinac. n. 85. Præmissam conclusionem ampliant, Farinac. num. 203. Menoch. n. 20. Surd. de cis. 326. num. 50. Gratian. dist. pat. forens. cap. 192. a. n. 9. quamvis testis expressim fateatur, se falso in judicio deposuisse, licet autem ex his prius testimonium non tollatur, minus fidei propter varietatem apud Judicem consequitur, Menoch. n. 21. Felin. in cap. cum in tua, n. 6. de testib. Cevall. n. 15. 16.

Ibi: Facit ad hæc quod Baldus.

66 Idem, quod nuper diximus, obtinet, quamvis in articulo mortis constitutus aliquis, aut contra quod in judicio prædixerat, veniat, aut se falsum deposuisse declarat, Menoch. n. 20. & de presumpt. lib. 5. pras. 5. n. 18. Cyriac. ubi proximè, Cavalcan. in pract. de testib. part. 3. n. 59. Ant. Gab. ubi proximè, num. 2. Pacian. sup. d. lib. 1. cap. 53. n. 46. Gail. & Clar. ubi proximè, Simanc. num. 56. Mascard. de probat. conc. 359. n. 102. Farinac. n. 204. 205. quoniam morienti in præjudicium Tertij credendum non est: Pacian. ibidem, ubi plura adducit exempla.

Ad Numerum 8.

67 Assertio vulnerati in mortis articulo dicentis se à Caio percussum non probat contra ipsum, imò nec in iudicio sufficiens ad torturam censetur; Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 13. n. 16. Menoch. de presumpt. lib. 1. quæst. 89. ex n. 77. Cyriac. d. controvers. 250. n. 6. 7. Clar. d. §. fin. quæst. 21. n. 14. & quæst. 52. n. 5. Peguer. decis. 17. n. 3. Mascard. sup. conc. 234. n. 10. & conc. 1129. cum seq. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 29. n. 163. Plaça in epitom. delictor. lib. 1. cap. 13. n. 15. Boer. quæst. 90. n. 7. Joseph. Ludovic. decis. 60. Farinac. in prax. quæst. 46. n. 7. Fachin. controversiar. lib. 9. cap. 9. licet contra sentiant alij, quos laudat Farinac. ubi proximè, n. 1.

68 Quod limitatur in crimine Raptus, nam raptæ assertio operabitur, ut raptor torqueri possit. Ita docet post Carret. & Afflictijs Menoch. d. g. 89. n. 82.

69 Sed etsi præfata vulnerati declaratio per se indicium non sit sufficiens ad torquendum oneratum, inducit tamen qualem qualem præsumptionem, quæ cum alijs indicijs, etiam levibus efficiet, ut judicatus tormentis subjiciatur, Farin. n. 17. Menoch. n. 81. Cyriac. n. 15. maxime in delictis occultis, Cyriac. dist. controvers. 80. in fine, quando moriens loqui non potest, ac per signa ostendit, à quo sibi vulnus illatum fuerit; nam de hoc curandum non est.

Ibi: Quod nemo in mortis periculo presumatur immemor sue salutis.

70 Adde Menoch. dist. presumpt. §. nu. 2. Alciat. sup. reg. 3. pras. 4. n. 2. Farin. n. 16. 113. Esob. de ratiocin. lib. 1. cap. 11. n. 30. At hæc præsumptio non attenditur ad Tertij præjudicium. Birt. in l. si quis in gravi, §. 1. ff. ad Syllanciam. Menoch. & Alciat. ubi proximè.

Ibi: Forsan sufficiens hinc deducetur judicium.

71 Is, quod se vulneratum moriens asserit, potest in carcerem ex hac sola præsumptione detrudi. Idem est, si sine articulo mortis id asserat, si in sua declaratione restitue ad ultimum vitæ spiritum persistat; Ant. Gom. cum alijs ubi proximè, Clal. quæst. 21. n. 14. Farinac. num. 18. Plaça. num. 15. Mascard. d. conc. 1129. num. 23. Peguera. num. 6. Nam ad capturam non desiderantur indicia, sicut ad torturam, Pacian. d. lib. 1. c. 72. n. 25. Bald. in leg. etsi certus, in princip. ff. ad Syllanciam.